



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae  
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris  
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae, 1595**

**VD16 ZV 18288**

S. Pauli Archiepiscopi Constantinopol.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

7. Iunij.

Paulus succedit Alexandro in Episcopatu Bizantino.

Eiicitur e sua sede.

Paulus recipit sedem suam.

Constantio Constantini Magni filio regnante, cum Arriana persecutio acerrime in Orthodoxæ fidei cultores desuperet, Alexandro Bizantinae urbis antistiti foelici morte sublato Orthodoxorum suffragijs susceptus est Paulus vir & doctrina & virtutibus per omnia clarus. Sed Constantius cum haud ita multo post Antiochia Constantinopolim rediisset, iratus electo, quod ex eius sententia non processisset, congregato Arrianorum conciliabulo condemnauit Paulum, & Eusebium Arrianae factionis hominem ex Nicomedia antistite urbis regia creat episcopum.

Interim Paulus e sede sua eiectus cum Athanasio alijsque non paucis insigni virtute episcopis Romanam abiit; vt illac in matris ecclesiae ac ipsi Christo iniuriam apud vicarium eius Iulium iustitiam ac pietate vindicaret. Quod viro sancto nequam difficile fuit. Iulius enim mox cognita uersariorum fraude atque calumnia non modo Paulum sed & ipsum Athanasium caeterosque Catholicae fidei antistites suis sedibus restituit. Sed Constantius vt cognouit Paulum restitutum ab eo cum Hermoginem exercitus sui Ducem qui eum ex ecclesia exturbaret. Et ille quidem cum uenisset Constantinopolim non segiter Imperatoris suam voluntatem exequi voluit: sed populus tantarum iniuriarum impatiens & illius arreptis armis interemit: & domum eius flammis absumpsit. Cuius rei fama commotus

sanè completus rate expre precipi tre eius illud oc mam ex Paulu venit, & ponit: qu is literis dem magi tus ea re stauit ac tem Mace militari m ro tribus ferabiliter Cum au & vero fid stans Impe tue tuebat it, quibus ret sedibus tabae minas quitate ac perterritus ret non pro manter scri sed hos foel inde mox su neem intere ite procella icitauit. It



sanè Constantius, ipse indignatione ac furore repletus Bizantium venit, & Paulum quidem ciuitate expulit: ciuitatem verò multis ornamentis, & præcipuo quodam rei frumentariæ beneficio à patre eius vrbe collato spoliavit. Beneficium autem illud octoginta millia panum quotidianorū summam excedebat.

Paulus autem hoc modo pulsus iterum Romam venit, & Iulio Pontifici illatas denuò iniurias exponit: qui rursus & suis & Constantis Imperatoris literis eum munitū ad Sedem remisit. Fuit quidem magno ciuium gaudio exceptus, sed Constantius ea re grauiter offensus statim eum exilio multauit ac Macedoniū per vim intrusit. Impius autem Macedonius cum Philippo præfecto, collecta militari manu, ecclesiam inuasit, crudeli prius ferro tribus hominum millibus & quinquaginta miserabiliter deletis.

*Iterum redit & paulo post in exilium deportatur.*

Cū autem triennio hoc modo suis pastoribus & vero fidei cultu ecclesiæ spoliata iacerent, Constantius Imperator, qui orthodoxæ fidei partes strepente tuebatur, literas ad Constantium fratrem dedit, quibus ut Athanasium & Paulum suis restitueret sedibus persuadere conabatur: ni faceret, intenderat minas, se vi & armis impetraturum, quod equitate ac iustitia consequi non poterat. His sanè perterritus Constantius Paulum quò minus rediret non prohibuit; Athanasium verò literis perantiter scriptis ad Sedem occupatam inuitauit. Sed hos felices successus Magnētius impia tyrannide mox subuertit. Nam & Constantem Imperatorem interemit, & sopitas non nihil Arrianae insanie procellas turbulenta tempestate vehementius excitauit. Itaque Athanasius rursus fuga sibi salutem



Paulus relegatur Cucu-  
sum, & ibi  
strangula-  
tur.

tem quærere, & Paulus Armeniæ pietatis defensor  
Cucusum relegatus iniquorum ibidem insidias de-  
clinare coacti sunt. Quo in loco hic, impijs noctu  
irruentibus, per laqueum martyrio cõsummatu est.

Interea Arriana hæresis liberè grassabatur do-  
nec pietate Theodosij exterminata, vera fides lon-  
go exilio repocata est. Quo tempore celeberrimū  
illud Concilium œcumenicum Constantinopoli-  
tanum sacratissimas sancti viri huius reliquias à  
Cucuso maxima cum celebritate transferendas de-  
creuit. Ibi tum videre licuit ingentem populi fre-  
quentiam ad eam translationis solennitatem con-  
fluentem: præsertim cùm tanti tamque eximij Pa-  
tres qui Concilio præfuerant ipsi per se id munus  
obirent: & eum honorem sanctissimi viri corpori  
deferrent; quod reconditum fuit in ecclesia Mace-  
donianis nuper ablata: quorū sæuitia sæpius pul-  
sus & quater exilio mulctatus grauissima passus  
fuerat.

Celeberrima reliqui-  
arum eius  
translatio.

VITA S. ROBERTI ABBATIS Cl-  
stertiensis Ordinis in Anglia. ex ea que optima fide  
apud Sarium extat. Migravit ex hac vita anno De-  
mini 1159.

Iunij 7.

**R**obertus optima indole puer ex Eboracensi  
prouinciâ oriundus literis & pietate ab in-  
fantia imbutus, propter morum probitatem  
adultæ iam ætate animarum curæ in ecclesia qua-  
dam præfectus est. Sed cùm periculosum admo-  
dum illud regimen sibi esse prudenter intelligeret,  
eo protinus abdicato monasticę disciplinę in Wic-  
tebiensi cœnobio sese tradidit. Per id tempus Ri-  
chardus monasterij S. Mariæ Eboracensis locum  
quendam à Turstino Archiepiscopo accepit, ut in  
60 Cæ-

Monastico  
se subdit in-  
stituto.